



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

98 Consuetudo e contra immunitatem ecclesiasticam est improbata, &
sacris canonibus inimica & non attentenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

seopi. Nec excusari potest Paulus à tali recurſu, ex eo quòd poſtea voluerit proſequi gravaminis cauſam coram eccleſiaſtico, quia talis excuſatio non habet locum, quando recurri poteſt ad eccleſiaſticum, qui tale gravamen impediatur, prout poterat Paulus, adeundo Metropolitanum, vel Nuncium Apoſtolicum: & illum, ad iſtum effectum non recurſiſſe eventus docuit, quia neutrum adivit, & proviſiones regie multò magis hoc declarant, quia non ſolum inhibetur iudici eccleſiaſtico, ne ad ulteriora procedat, ſed illi mandat, ut quæ decreverat, revocet, & coram ipſo iudice ſeculari compareat ad allegandas cauſas, ex quibus parere non teneatur.

27 Ex quibus ꝑ nihil aliud inferri poteſt, niſi, quòd ipſi iudices volunt de cauſa eccleſiaſtica cognoſcere, quòd eſt admodum abſurdum, cum iudex laicus ſit incapax iuriſdictionis in perſonas eccleſiaſticas, & eorum cauſas. Nec immorabilis hoc caſu ſibi ſuffragatur, Doct. in capit. cauſam, de preſcript. Felyn. in capit. 1. de major. & obedient. Rot. deciſ. 10. de conſuet. in antiq. & Biſign. 2. eodem titul. præcipue cum in dicta Bulla Cœnæ Domini, derogetur conſuetudinibus etiam immemorabilibus.

Non obſtant quæ allegantur defectu iuriſdictionis, & quòd Rota non cognoſcit de iuſtitia ſententiarum, quæ ſunt extra Rotam latæ, quando de illarum executione non agitur, quia in caſu propoſito Hieronymus Pinus habet intentionem fundatam ſuper recurſibus, & claram iuris diſpoſitionem, per quàm Paulus ꝑ propter excommunicationis incurſum redditur incapax beneficiorum, & cum ipſe Pau-

lus excipiat de abſolutoria, quam tranſiſſe in rem iudicatam præſendit, licitum eſt Hieronymo replicare de illius notoria iniuſtitia præterita; & ultra teſtes productos coram Locumtenente Criminali Auditoris Camere, adſunt alij producti coram me reg. fol. 126 & 335. ex quibus ipſum incidiſſe in pœnas in Bulla Cœnæ Domini contentas negari non poteſt.

Die Veneris prima Decembris, coram R. Penia, Oſcen. canonicatus. Utraque parte informante ſuper dubio dato, an Paulus Sezanus ꝑ fuiſſet excommunicatus ob recurſum ad tribunal ſeculare iuſtitie Aragonum, à quo illius procurator obtinuerat firmam iuris ad inhibendum iudici eccleſiaſtico, ne appellatione pendente, aliquid innovaret, & Paulus dicta inhibitione fuerat uſus, ſub prætextu, quòd id ſibi licebat juxta diſpoſitionem ſacrorum canonum, uno tantum ex dominis, Paulum excuſari poſſe dicente, cœteri affirmatiue reſponderunt, illum ipſo iure incidiſſe in ſententiam excommunicationis, quia recurrendo ad iudices ſeculares cauſam præbuit, ut immunitas eccleſiaſtica violaretur, *cap. noverit, & cap. grave, de ſentent. excommun. & § 10, in Bull. Cœn. Domini.* Ubi excommunicationis vinculo innodantur, qui ad cancellarias, & curias ſeculares recurrunt, pro obtinendis prohibitionibus, & mandatis contra Prælatos, & iudices eccleſiaſticos.

98 Nec ꝑ Paulum tuebantur copioſa verba doctorum aſſerentium licitos eſſe quibusdam caſibus iſtos recurſus ad iudices ſeculares, quando ſacrorum canonum auctoritas illis omnibus præponderabat.

§§. 3. per

per quam etiam excluderetur præsentia antiquissima consuetudo nonnullarum, Provinciarum, de qua attestabantur. Covar. in pract. quest. c. 35 nu. 3. Navar. in Manual. c. 27 nu. 70. Men. tract. de rer. in possess. rem. 3. nu. 355. & sequ. & Petrus de Avendano tract. de execu. mand. reg. lib. 1. c. 1. nu. 32. Dicebatur enim, talem consuetudinem, tanquam improbam, & sacrison canonibus inimicam, quæ clericos jurisdictioni laicorum quandoque supponit, non fuisse attendendam, cap. qualiter, & quando ubi communiter, doct. & Abb. nu. 7. de jud. Mar. Socin. in cap. si quis clericus, numer. 28. & in cap. Janè, numer. 10. de for. comp. Rot. decis. 10. de consuet. in antiq.

99 Neque decis. Rotales. † Achil. 30. de appell. in impressis, & R. D. Decani in illa Tarracenen. villa de Rem, die 4. Decembris 1562. & R. Blanchetti in Salamantina canonicatus, die 24. Maij proximè præteriti suffragantur Paulo, quia, licet per illas decisiones concederetur facultas quandoque recurrenti ad iudices laicos, & invocandi eorum nudum auxilium ad defendendam propriam possessionem, qua quis defacto spoliatur, & quam quis propria auctoritate defendere potest; nunquam tamen dicitur in eis, quòd talis recursus fieri possit ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Prælatos, & iudices ecclesiasticos, hoc enim nunquam docuit

100 Rota, † quæ optimè novit iudices laicos, nec habitu habere jurisdictionem in clericos; imò illius penitus incapaces, arg. cap. causam, de rescript. & cap. sacerdotibus, 11. quest. 1. & propterea, cum sint inferiores iudicibus ecclesiasticis, cap. deni-

que 95. distinct. & clem. Romani, de iure iur. Nec posse, nec habere ecclesiasticos corrigere, aut eis inhibere, aut alia præcepta facere Abb. in dict. cap. quomodo, & quando, nu. 7. unde Domini non recesserunt à decisione in hac causa coram R. D. meo Blanchetto, die 10. Aprilis proximè præteriti facta.

101 Anno 1594. † 4. Novembris, coram R. D. Decano Cartaginen. Portionis Domini recesserunt à resolutione facta, & censuerunt, satis constare de citatione validè executà: primò ex scripturis productis, quæ habentur in summario numer. 1. constat de ablatione processus tam originalis, quam compulsati; & ejus transportatione ad consilium, quæ præsumitur facta ad instantiam partis interessè habentis, ad not. per Bart. in l. fin. de quest. quare in odium eorum, qui simili recursum utuntur, sit omnis interpretatio ad favorem alterius partis, ita ut etiam copia simplici soleat fides adhiberi. Bald. in l. publicata, quest. 8. in fin. de testament. Jal. in auth. si quis in aliquo, in 7. sal. C. de edendo. Dec. conf. 36. colum. 2. ver. non obstat. & extat Pereg. decis. 159. lib. 2.

102 Et facit, † quòd impediens, quo minus citetur auxilio Consilij Regij, vel aliter, habeatur pro citato, cap. quoniam frequenter, §. porro, ubi gloss. in verbo, impedit, ut lit. contest. Card. in clemen. causam, quest. 13. de elect. cum alijs, per Tiraquel. de retract. Lign. §. 1. glos. 10. n. 102, & §. 2. gloss. 1. numer. 9.

Non obstat, quòd in summario processus; quod exhibitum fuit, ubi adest executio citationis, non reperiantur testes adhibiti, ut requiritur, cap. quoniam, de prob. Specul. in tit. de citat. §. sequitur, num. 19.